FRANCKESCHE STIFTUNGEN

DFG

Franckesche Stiftungen zu Halle

Brief von Heinrich Wilhelm Ludolf an August Hermann Francke.

Ludolf, Heinrich Wilhelm

London, 07.02.1696

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-204014

Visual Library

14 A 112 5

Plurimum Reverende atq Doctissime Vir, Fautor et amice æstimatissime.

Vix credideris quanta me affecerint voluptate literæ tuæ, gaudiumq ex i
perceptum complectum erit et mihi inter maxima hujus vitæ solatia
si Deus negotio felicem eventum largiri atq in promotionem gloriæ suæ
dirigere voluerit. Sed quod magnum fructum suscepti Russici itineris mei
putarem, eoq majori ~~anima~~ fiducia omnib molestiis animum meum imposte
obfirmaturum *[iterum]*. Si Scharsmid est ea qua scribis indole, ipsum nostro scopo idoneum
censeo, atq seu propria experientia cognitum eum commendare non hæsitau
Mitte quæso ad ipsum inclusas, quæ apud amicos meos ipsi non inutiles era
nonulli enim singulari affectu me prosecuti sunt, non tantum è nostratib vera
etiam è reliquis. Scribam proxime Moscoviam, ut illis personam commendem,
ante aliquot septamanas, generaliter rem amici mei in memoriam revocavi
Optarem ut liceret unam vel alteram epistolam Scharsmidio perferendam
signare, quo facilior aditus ipsi pateret, impeditus enim est introitus in Ru
illis, qui non sunt mercatores atq amici ibi destituuntur, sed si primas diffic
tes Christiana fortitudine superaverit, res præter spem è voto succedent.
Interim hortandus est ut Disputationib abstineat, ~~incaute antipietistica~~
favorem contra se non irritet, neq zelo studio veræ religioni noceat.
molestias vero in initio orituras, fiducia omnipotentis auxilii fretus
oculisq in gloriosa constantiæ et fidelitatis præmia indesinenter defix
vilipendat. Nescio in qua parte Livoniæ sita sit pagus Koikel, u
Scharsmid degit, si vicinus sit Revaliæ, Narva ipsi prius petenda erit
ubi amici mei ipsum libenter juvabunt, inprimis Doctor Duknell, vir piu
et quod magni momenti res est adversitatib exercitatus. Si vero Rigæ
vicinior sit, vellem ut Dr. Generll. Superins. Fischerum meo nomine salutar
atq interrogaret, utrum epistolam meam præterito Anno ex Hollandia scr
acceperit, nunciaretq ei me propediem scripturum super iis reb, quas
Stockolmiæ à me petebat.
Valde improbavi inhumanum nostrorum animum erga Kuhlmannum, quanqua
ille merito divinam vindictam sibi attraxisse videatur, non tantum delir
pro divinis revelationib venditatis, verum etiam impuritatib, quibus
indulserat, postquam oblitus erat, quam fragili in vase thesaurum ~~gerere~~
adeoq propriæ Phantasiæ illusiones cum Spiritus Sancti motib confudes

[Gr]atus mihi erit adventus omnium quos Tu vel Spenerus l. Breithauptus com-
[m]endabunt, atq pro facultate mea studebo, quo intelligant, quanti Vos a me
[f]iatis. Misi literas tuas ad D.D. Brice Richmondium 7 milliaribus anglicis
[h]inc distans. Forsan ipsum conveniam antequam Oxoniam proficiscar initio
[m]ensis martii D.V. Propositum enim meum edendorum Russ. linguae
[e]lementorum ibi me executurum spero. Viribus meis Dei benignitate praeter
[sp]em firmatis, postquam Lithotomiae me subjeci, lapisq ovum gallinaceum
[m]inus magnitudine aequans mihi e vesica exemtus est. Quantos cruciatus
[t]oto praeterito anno perpessus sim vix credi potest, grato tamen animo
[a]gnosco, quod hac quoq afflictione Deus misericordiam suam mihi mani-
[f]estaverit, non tantum patientia et divinis solatiis me muniendo, verum
[e]tiam inexpectato successu curationis me feliciter liberando. Faxit
[D]eus ut Lata mihi ejus memor vitam servatam atq ingentibus incommodis
[e]reptam eo impensius cultui et gloriae ejus devoveam.
[N]ota ne sunt vobis Dri Heinrici More opera, Ipsius Mysterium
[P]ietatis, Commentarius in Apocalypsin, et quintus Dialogus de Regno
[D]ei valde mihi placuere. Eruditio enim non minus quam solidum
judicium superne irradiatum in qualibet fere pagina elucescit. Dum
maximae partis mores vero perstringit, paucis inter ipsos suos populares
[a]rridet. Prodiit nuperrime liber circa Evangelicam perfectionem,
[a]nglice conscriptus, a Dr. Lucas, autore insignis istius libri Practical
[C]hristianity vocati, qui Gallice editus est anno superiori titulo la Morale de l'Evan-
[g]ile, magnumq applausum habuit. Mirabatur ille, tanquam heresin
nonnullis exprobrari Doctrinam de Perfectione, Omnipotenti auxilio
gratiae Divinae innitente. Vir valde apostolicus mihi videtur, visu quidem
[o]rbatus est, sed amisionem corporalium occulorum Deus illuminatae mentis
[ac]ie ipsi pensavit. Suscitavit hic Deus multos vitae sanctimoniam, seu
[ve]l ipsum Evangelii scopum urgentes, sed nec quiescit hostis, Atheismi et
Socinianismi Zizaniam spargendo, vixq unquam antitrinitario dogmata
adeo impudenter defensa fuere. Id quod comparatur Christi temporibus floren-
[ti] Sadducismo, in praefatione anglicae Versionis Germanicae libelli a Super. Peters[en]
ante aliquot annis editi circa Visiones Nobilis Virginis. In modo dict[ae]
~~[illegible]~~ anglicae Versionis editor probare conatur multis indiciis magnam [illegible]
Ecclesiae revolutionem. Vale. Dabam Londini d. 7. Febr. 1696.

Tui aestimantissimus

H. W. Ludolf.

Diesen Fremden recommendire ich, sich mit Termonden wohl bekandt zu machen, selbiger mag viel, ich wolle vielleicht selbst an ihn schreiben.

Franckesche Stiftungen zu Halle